

dictam domum sit in dominio et potestate Monasterii supradicti; et inde ibique quod volueritis faciatis. Est autem dicta domus intus in Civitate Baroli in pictagio Marsicani et inter hos fines videlicet a medio pariete iuxta domum Angeli buckiallatti, a medio pariete iuxta domum Thomasie longe a media trasenda iuxta domum Maioris Ecclesie Sancte Marie Barolitane et iuxta viam puplicam. Quod scripsi Ego predictus Iohannes puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

- † Bartholomeus q. s. Iudex. (*C'è il segno*).
- † Nicolaus puplicus Baroli notarius testatur.
- † Iohannes de Magistro Leone testatur.
- † ARemagnus (*sic*) puplicus Baroli notarius testatur.

N. 92.

A. D. 1299

(12 novembre, Indiz. XII).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Arimagnus not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio quadrangolare: alt. 0,29, larg. 0,27.
<i>Scrittura</i>	Gotica sbiadita.
<i>Contenuto</i>	<i>Opizo</i> , vescovo cannese, fittò per cinque anni a <i>Vitalis Bonellus</i> e a <i>Riccardus Bartholomei de notario Gregorio</i> una pezza di terra dell'Episcopato cannese, per 25 salme di frumento per ogni anno. Nella terra erano compresi un <i>paleare discopertum</i> e una <i>cripta</i> .
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iesu christi Millesimo ducentesimo Nonagesimo nono. Regnante domino nostro Karolo etc. Regnorum suorum anno quarto decimo (*sic*) Mense Novembris die duodecimo eiusdem duodecime Indictionis apud Barolum. Nos Bartholomeus de Ionatha Regalis Baroli Iudex. Arimagnus puplicus eiusdem terre notarius et subscripti testes liuterati de eadem terra ad hoc specialiter convocati et Rogati presenti puplico